

miscellan. cap. 12. num. 6. Neviz. in silva nupt. lib. 5. numero 24. Solorgan. dict. tom. 2. lib. 2. cap. 7. numero 21. Quæ dispositio, non solum comprehendit Senatorem, sed etiam Proregem qui regulatam legibus potestatem, habet in rebus ærarii, vel fisci. Neque malè judicasse Senatorem, & litem suam fecisse dici poterat, quia ad hoc requiritur notoria injustitia, vel per imperitiam, impudentiam, vel fordes, Text. in leg. fin. ff. de var. & extraor. cognit. pluribus Farinac. questione 111. ex numero 455. & Xamar. de Offic. Jud. part. 1. questione 17. numero 27. cum sequentibus. quæ omnia à nostra specie aberant, ut ex dictis patet.

32 Ex quibus revocandam condemnationem Senatus decrevit, Senatore leviter multato propter aliam culpam, inceptam condemnationem judicando: nam restitutio fieri debet de re ablata, & in nostris terminis nihil ablatum reperiebatur; non fisco, cum veris creditoribus ejusdem negotiationis solutiones factæ fuissent; neque creditoribus, quia eisdem pecunia tradita erat, ita ut nullus reclamaret, vel querelam proponeret de solutione sibi denegata, vel retardata; pœna enim spretii mandati levissima est, quando nullum damnum secutum fuit, ex latè deductis per Joannem Baptistam de Thoro, in compend. decision. tom. 1. verb. pœna spretii mandati.



CONTROVERSIA LXXIII.

De Potestate Proregis Novi Orbis in coercendis Senatoribus, eos remittendo ad Curiam Principis, illo inconsulto.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species eraditur.
- 2 Prorex Principem representat in omnibus, cum plenissima potestate, & jurisdictione.
- 3 Proregis factum, factum à Rege censetur.

4 Prorex procedere potest contra Senatores pro criminibus gravissimis, & scandalosis.

5 Magistratus conveniri non possunt pro debito civiliter, durante officio.

6 Senatores, & ceteri, officia perpetua obtinentes, durante officio conveniuntur.

7 Magistratus Superiores coram Principe, vel eo cui specialiter commissum est, conveniri debent.

8 Textus, in lege ne quisquam ff. de offic. Proconsul. expenditur.

9 In Novo Orbe permissum Proregibus reperitur, contra Senatores procedere pro crimine gravi, extra officium commissum, usque ad executionem pœne corporalis.

10 In delictis ratione officii patris tantum procedere possunt ad processum fulminandum, & reos carcerandum, vel suspendendum.

11 Proregis arbitrio commissum est discernere, an crimen celerem demonstrationem exigat.

12 Facilitas Proregum in usu hujus arbitrii notatur.

13 Arbitrium hoc concessum in criminalibus, non in civilibus causis.

14 Ineptum remedium videtur, quod executionem impedit, restitutionis procurata.

15 Proreges possunt id ipsum quod Rex, nisi in his quæ expressè eis limitata sunt.

16 Proregis potestas limitata est, quoad coercitionem Senatorum.

17 Prorex nihil statuere potest in Senatorem, qui coram eo conventus non est.

18 Visitator à Rege destinatus, major est Prorege, in spectantibus ad visitationem.

Visitator.

19 Visitator tenetur consulere Regem qui solus est Superior, non vero Proregem.

20 Proreges, si aliquid errant, culpam consulentium orare solent, ut plurimum.

21 Deciso Senatus.



UDITORE condemnato & bonis ipsius in publica auctione, venditis, ut coegeret reliquatum solveret, Visitator exposuit Proregi, quod ad hoc consequendum ipsum comparere mandaret in hac Curia, & in navim de proximo recessuram ascendere coegeret. Ut propositum fuerat, Prorex decrevit, & cum Senator obtemperasset, & de hoc conquereretur in nostro Senatu, dubitabatur an concessum Proregibus sit, vel Præsidibus, inconsulto Principe, hæc in Senatores statuere, & excipi.

2 Et posse probabatur ex eo quod Proreges, & Præsides Principem representare dicuntur, cum plenissima potestate, & jurisdictione ex latè traditis per Dominum Solorgan, de jur. Indiar. tomo secundo, lib. 4. cap. 9. ex numero 1. & cap. 10. quibus addenda ea quæ notaveram, tom. 1. de regim. Valentie, cap. 2. §. ex numero 2. & novissimè Dominus Don Raphael Vilosa, in dissertat. polit. & juridic. de nece Proreg. parte 1. in conclusione unica argument. 3. per totum, præcipue vers. tiene la misma Jurisdiction. Ob quod Proregis factum est tanquam factum ab ipso Rege, quem representat, Text. in lege 1. ff. de offic. Procurat. Cesar. cap. hi qui 12. de prebend. in 6. pluribus Solorgan. dict. tom. 2. lib. 2. cap. 9. numero 35. Quod specialiter cautum est, quoad punitionem alicujus gravissimi, & scandalosi criminis cujuscumque Magistratus ex Textu, in lege si quis 3. Cod. de offic. Præf. Prator. Orient. ibi: Ad nostram mansuetudinis sententiam, non crimina, sed vindicta reservatur, Text. in lege 3. Cod. de lucr. advocat. lib. 12. ibi: Etiam non consulta clementia nostra, pœnam subeat legibus competentem, Authent. ut jud. sine quo. fuffr. §. volumus, collation. 2. Docent Petrus Belluga, in speculatione D. D. Laur. Matheu, de Re Crim. Pars II.

Princip. Rubric. 26. num. 6. Scip. Rovit. in pragm. 3. titulo de offic. sac. consil. numero 8. Dominus Solorgan. de jur. Indiar. dict. lib. 4. cap. 4. numero 80. cum sequentibus. Cum autem hæc causa gravissima esset, ut constat ex ipsa quantitate, quæ dicebatur consumpra contra præceptum superioris, optimo jure dicendum videretur, quod Prorex poterat in Senatorem statuere pœnam condignam, & cetera quæ sibi necessaria viderentur ad reintegrationem pecuniæ consumptæ.

Quæ quidem procedunt dum criminaliter agitur; si verò civiliter, jure ordinario, licet Magistratus conveniri non valeant, pro causis pecuniariis durante officio, hæc regula limitatur in Senatoribus, & ceteris Magistratibus officia perpetua obtinentibus, ex decisione Textus, & de hoc Cod. ubi senat. vel clarissim. in lege 1. & 2. Cod. ubi senat. vel clarissim. & de jure nostro, in lege 15. titulo 1. part. 7. lege 2. & 3. titulo 1. parte 4. lege 19. titulo 3. libro secundo, recopilat. pluribus relatis Dominus Solorgan, dict. cap. 4. numero 66. cum sequentibus, ita ut Senatores, & ceteri Magistratus non solum coram Proregibus, sed coram ordinariis conveniri possint, ut quotidie conveniuntur, & communis usus judiciorum, atque generalis praxis demonstrat. Cum autem in nostra specie condemnatio pecuniaria facta fuisset (judicio criminali visitationis, ad censuram supremi Senatus Novi Orbis de more reservato) ut restitueretur fisco pecunia consumpta, dum bona istius Senatoris non reperiebantur, poterat per carcerem cogi ex dictis Controvers. præced. num. 5. sicut ceteris remediis Prætoris ordinarii Judices debitores cogere solent, in causis privilegiatis: Et multo magis auctoritate suprema Proregis potuit ad hæc Regna transmitti loco carceris, cum in his personis modus carceris arbitrio judicis relinquatur. Farin. plura & plures referens g. 30. ex n. 47.

Sed his non obstantibus contrarium in hac specie visum fuit; quia quicquid sit de judiciis inferioribus; de jure cognitio causarum Magistratum Superiorum, quales sunt Senatores, & ceteri Officiales Regiarum Audientiarum, officia perpetua obtinentes à Principe, ipsi Principi reservata est: sic mihi probat Text. in leg. solet. 6. §. 1. ff. de offic.

X x offic.

offic. Proconsul. ibi: Sicut autem mandare jurisdictionem, vel non mandare est in arbitrio Proconsulis: ita adimere mandaram jurisdictionem, licet quidem Proconsuli: non autem debet inconsulto Principe hoc facere, ubi Dionys. Gothofred. Dominus Crespi, observat. 7. numero 5. bonus etiam Text. in leg. 2. Cod. de offic. Praefect. Praetor. August. ibi: Praefectus Praetorio Augustali, Ordinariorum sub se iudicum examinandi flagitia, & super his referendi, non amovendi, vel puniendi habeat potestatem. Quo Imperatores Arcadius, Theodosius, & Honorius clarissime rescripserunt, quod facultatem removendi ab officio, vel puniendi superiores iudicum non habeant, sed tantum inquirendi, & referendi, quod est idem ac si dixissent, quod inconsulto Principe neque amovendi, neque puniendi facultatem obtinent. Per transmissionem Senatoris ad haec Regna nemini dubium erit, quod sequebatur amotio: Igitur inconsulto Principe fieri a Prorege non potuit. 8 Idem probat Text. in leg. 2. §. administrationem, Cod. ut omn. Jud. tam civil. quam criminal. leg. si gravius, Cod. de dignit. lib. 12. leg. in sacris, Cod. de prox. sacr. scrib. leg. Cubicularios, Cod. de praepos. sacr. cubicul. l. in diversa, C. de silentiar. leg. ex eo, Cod. de agent. in rebus, l. 1. & 2. Cod. de Comit. consistor. lib. 12. Et quod in causis pecuniariis ad fiscum tangentibus, id ipsum procedat; probat singularis ad rem Text. in lege ne quisquam 9. in princip. ff. de offic. Proconsul. ibi: Sanè si fiscalis pecuniaria causa sit, quae ad Procuratorem Principis respicit, melius fecerit si abstineat. Quibus Juribus, & aliis hanc conclusionem firmant Cerdan. in verilog. cap. 1. §. 2. in princip. Pont. de potest. Proreg. titulo 1. numero 2. & §. 4. numero 6. Maltrill. de Magistr. lib. 5. capite 6. numero 134. cum seqq. latè Langleus originem hujus dispositionis inquirens, lib. 7. semestr. cap. 18. Solorçano, dict. capit. 4. ex numero 66. & in polit. lib. 5. capit. 3. vers. A lo que toca, & ego, tom. 1. de regim. Valent. cap. 2. §. 2. num. 46. cum seqq.

Et ut ad specialia Indiarum deveniamus, sic cautum per varia Regis rescripta probat Dominus Solorçano, dict. cap. 4. ex numero 70. qui numero 76. regium rescriptum diei 5. Septembris 1620. refert, per quod novissimè permissum

est Proregibus procedere contra Senatores, Fiscales, & ceteros hujus gradus, in delictis extra officium commissis, usque ad impositionem poenae corporalis. Quae quidem facultas, quoad executionem poenae acerbæ, nisi Cominatoria intelligatur, innumeris periculis obnoxia erit, quod suadet ipsa experientia: nam aliqui Magistratus summam calamitatem passi fuerunt, invidia, æmulatione, odio, vel alio sinistro affectu, ut exemplo miserandi casus Blasii Nuñez de Balboa, à Petro Arias jugulari jussi sub prætextu criminis læsæ, de quo erat immunis, refert Anton. de Herrera, in Histor. Indiar. Decad. 2. lib. 2. cap. 14. & 22. Et recentior cujusdam Fiscalis, qui à Præsede fuit carceri mancipatus, & ad arcem insalubrem missus, ut moretetur; sicut brevissimè interit, & bona ejus dissipata prætextu criminum suppositorum, ut apparebat ex his quæ ipse Præses Principi scripsit. Sed summa locorum distantia permissionem induxit ad refranandos imperus Magistratum, ne potentia muneris freti, plus audeant quàm oportet. In delictis verò ratione officii, vel sub illius colore patratiss, solum permissum est inquirere, carcerare, & ab officio suspendere, ubi crimen expostulat. Verba rescripti sunt hæc: Por casos, excesos i delitos tales en que se pueda temer, i recellar algun daño considerable, o sedicion, o alboroto popular, o otro delito tan enorme, i notorio, en que por la publica satisfacion conviniesse hazer alguna demonstracion. Per quam dispositionem cessant cauta per leges Regni, quoad remissionem Magistratus de quibus Bonadilla, dict. lib. 5. polit. cap. 1. numero 102. Sed enormitas, aut gravitas criminis tribuens similem facultatem Proregibus, versari debet circa tranquillitatem Reipublicæ: nam ea deficiente, licet alio respectu crimen enorme videatur, solum inquirere, & referre licet, ex anterioribus rescriptis, & secundum leg. 135. sty. Et quamvis arbitrio Proregis relictum sit, discernere an hæc qualitas interveniat, ut docet Solorçan. ibid. num. 78. facilitatem procedendi ad carcerationem, vel suspensionem prudenter notat quando potius Proreges honorare Senatores debent, ut idem probat, d. lib. 4. cap. 9. numer. 40. etiam

etiam sub reatu lethalis culpæ, Pater Avendaño, in thesaur. indic. tom. 1. tit. 3. cap. 8. Sed hæc omnia possunt Proreges, si criminaliter procedant, servando juris ordinem, & justitiæ metas: non autem si civiliter procedant; neque se extendit ad remittendos Senatores ad hæc Regna ex abrupto, & nullo ordine juris servato, quod continet damnum irreparabile, ob ignominiam resultantem ex simili missione, & ob excessivas expensas in tam longa navigatione, & diversitate itinerum faciendas: tum etiam quia, concedendi licentiam redeundi facultas, est de reservatis Principis, & tantummodo per Consilium Camerae expediti solet, ut notum est, & si sub hoc prætextu toleraretur, Proreges ampliarent potestatem suam in qua labe ferè omnes ducuntur, ut notat Solorçano, dict. cap. 10. numero 9. Et sic approbati nequit, maxime in nostra specie, nam culpa irrogata Senatori nullum præjudicium intulerat publicæ tranquillitati, cum ex ea neque seditio, neque populorum commotio, neque damnum irreparabile sequi poterat, cum civiliter ageretur ad executionem pecuniæ realiter creditoribus sisei solutæ; & casu quo Senator teneretur ad restitutionem, remedia ordinaria adhibere debuit Visitator, vel Prorex, congruentiora rei de qua agebatur. Quia cogere Auditorem ad hæc Regna venire, inutile profus erat ad restitutionem pecuniæ consequendam; quia in tam longa peregrinatione necessitudo consumenda erat summa ingens, & non est dare medium, si inopià verè laborabat, augebatur immodicis sumptibus; si aliquid in bonis habebat, consumendum erat hac de causa, & difficillior fiebat exactio: quare ineptum remedium adhibuisse visitatorem omnibus visum fuit.


15 Neque obstant in contrarium adducta: Nam Prorex potest id ipsum quod Princeps quem representat, nisi in his quæ ei expressè prohibita sunt per leges, rescripta, & instructiones ipsius muneris, ut notat Dominus Solorçano, dict. cap. 10. numero 10. & cum in materia de qua agimus tot limitatio- nes reperiantur, ut ex dictis patet, dum ex causa civiliter intentata Senatorem ad Curiam remisit, quem carcerare, vel suspendere non poterat, nisi ratione D. D. Laur. Matthan, de Re Crim. Pars II.

criminis, ex quo quies populorum, vel salus publica periclitaretur, ut probavimus supra numero 10. clarè sequitur, quod perperam missus ad curiam fuit, cum hoc gravius genus carcerandi sit, & durior modus suspendendi ab officii administratione. Textus enim, in lege si quis 3. Cod. de offic. Praefect. Praetor. Orient. de iudicibus ordinariis, non de Senatoribus loquitur, & in lege 3. Cod. de lucris advocator. lib. 12. de compulsoribus, id est apparitoribus, ut in ipsis verbis habetur.

16 Et quanquam certum sit quod Senatores ex causa civili, conveniri possunt coram ordinariis, qui eorum condemnationes ad realem executionem deducere valent, quod à Proregibus fieri posse non dubitamus; in nostra specie, neque coram ordinario, neque coram Prorege conventus erat, sed coram visitatore à Rege nominato, qui in concernentibus suam commissionem major erat ipso Prorege, cap. sanè 11. de offic. Jud. delegat. Cod. Pastoralis, §. præterea de offic. ordin. & utrobique, Augustinus Barbosa, in collect. & ex magnitudine quantitatis persecuta, quam fatemur, non poterat mutari iudicii species, eum magis, vel minus eam non mutet, neque substantiam rei, Text. in lege fin. ff. de fund. instruct. Barbof. axiomat. 180. numero 1. Cum enim visitator potestatem non haberet mittendi Senatorem ad hæc Regna, fines mandati egressus fuit Proregis opem implorando, quem consulere non debuit, quia consultatio faciendâ est superiori, Text. in lege divi. 27. §. 1. ff. de pan. lege itaque 27. ff. de fideicom. libert. lege cum de novo 11. Cod. de legibus, & ut dixi, Prorex non erat superior in concernentibus visitationem. Prorex verò pariter excessit potestatem sibi attributam, Senatorem maxime gravando, quia cum inaudito, & ex causa civili coëgit ad hæc Regna venire, cum magno dispendio honoris, & rei familiaris, contra limitationem sibi factam, ut dixi. Sed in his, & similibus casibus non tantum culpæ imputandum est Proregibus, quantum Collateralibus, qui modos iniquos illis demonstrant vexandi collegas, propter æmulationem, inimicitias & alios pravor affectus, quos fovent intinsecus, sub prætextu justitiæ, & cum in his se immisceat adulatio, quia, ut dixit Tacitus

tus 2. *annal. ibi: & quo ducantur inclinationes natura, respondeant.* Vel quia aliquem à Principe, seu Protege despici noñt, vel sub specie ampliandæ potestatis, quod ubique placet, socios vel collegas, quos æmulantur, perdunt; & Reipublicæ statum confundunt; quia quantum mali adferat Senatorum contemptio, latè discit Dominus Solorcano, *dict. libro 4. cap. 9. numero 43.* non solum Reipublicæ, verum ipsi Proregibus.

21 Ex quibus visum fuit iniquè Senatorum remissum ad hæc Regna, etiam condemnatio non esset revocanda: ob quod in sententia reservatum fuit illi jus ad recuperationem sumptus; & expensarum: & absque dubio Visitator condemnatus ad eas solvendas evasisset, si citatus in actis reperiretur.



CONTROVERSIA LXIV.

De Libelli famosi reo, & an puniri Magistratus valeat ex hoc crimine, in iudicio visitationis.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species narratur.
- 2 Injuriarum genera tria sunt ore, verbis, & scriptis.
- 3 Differentia hæc, legibus Hispania comprobata, & quare.
- 4 Libello famoso appetitus, nihil exstimationis amittit.
- 5 Innocens est, cui non deficit inimicus, & deficit accusator.
- 6 Libellum famosum atrocem injuriam irrogare, sed famam non ledere probatur.
- 7 Libelli famosi examinari non debent per Principem vel Iudicem.
- 8 Libelli famosi causa, non potest formari inquisitione.
- 9 Libelli famosi censentur projecti absque nomine, & non debent ad-

mitti in Senatu, vel alio Tribunali.

Indiarum Provincia calumniantibus abundat. *ibid.*

20 Epistola absque nomine, vel eo supposito attendenda non sunt.

11 Libelli famosi notitia, vana prorsus, & spernenda.

12 Libelli famosi auctor intendit examinari tanquam testis, ut fiat instrumentum probationis calumnie.

13 Libelli famosi pena propria, capitalis est.

Libelli famosi reus infestabilis manet, & infamis, ob quod nec testis esse potest. *ibid.*

14 Libelli famosi pena capitalis, de morte naturali intelligenda.

Libelli famosi pena mortis est, si crimen irrogatum ea dignum sit. *ibid.*

15 Libelli famosi pena aggravatur ex persona offensi, & aliquando extenditur ad crimen lese Majestatis.

16 Libelli famosi pena extenditur ad scribentem.

Libelli famosi pena extenditur ad divulgantem. *ibid.*

Ad invenientem & non lacerantem. *ibid.*

Ad servantem aliisque legentem. *ibid.*

Ad pingentem, vel typis mandantem. *ibid.*

Libelli famosi auctores bi omnes presumuntur, nisi auctorem ostenderint. *ibid.*

17 Si auctorem non ostendant, an mitius puniendi.

18 Carmina, & epigrammata famosa componens, eadem pena tenetur.

Libelli famosi & Carminum satyricorum origo, ad Comedias Græcorum refertur. *ibid.*

Canentes

Canentes carmina famosa, eadem pena puniendi. *ibid.*

Concionatores de injuria tenentur, si non vitia, sed personas, nominatum, odio habeant. *ibid.*

19 Libelli famosi auctor non excusatur probando, quæ in eo dicuntur.

20 Lege Hispana hæc dispositio juratur.

21 Libelli famosi pena, neque moderatur ex probatione contentorum.

22 Visitatores inquirere possunt de quocumque crimine Magistratus.

23 Visitatores vices, & voces Principis habent, & liberum arbitrium.

Solemnitates juris civilis sublata in visitationibus. *ibid.*

24 Inquisitio generalis odiosa semper, præterquam in Magistratus.

25 Actio injuriarum à parte proposita, non tollit effectus inquisitionis.

26 Extante accusatione, potest fieri secreta inquisitio.

27 Visitationi iudicium ad quid introductum.

28 Magistratus in commissis extra officium, jure privatorum, puniendi sunt.

29 Etiam si colore officii aliquid fiat. Libelli famosi crimine carmine confecti, nihil ab officio habent. *ibid.*

Secretus modus procedendi cessat, si pena corporalis imponi potest.

30 Secreta inquisitio cessat, extante accusatione.

31 Crimen ex secreta inquisitione ressaltans, remitti debet ad iudicium publicum accusationis.

32 Text. in l. 41. tit. 4. lib. 2. recopil. explicatur.

33 Protestatio partis non relevat, si est contraria facto.

D.D. Laur. Matth. De Re Crim. P. II.

Parti non potest suo facto mutare naturam iudicii. *ibid.*

34 Magistratus durante officio inquisitus, potens dicitur, ad intimidandos testes.

35 Irregularitates visitationis plures introductæ ea de causa.

36 Text. in leg. 11. tit. 17. part. 7. ad rem expenditur.

37 Traditio Capitulorum, citationis vices sustinet.

Repetitio testium suppleri valet, ex consensu partis. *ibid.*

Consensus Magistratus non potest supplere solemnitates juris, si pena corporalis imponenda est. *ibid.*

Denegatio supplicationis in iudicio syndicati cessat, si pena corporalis imponatur. *ibid.*

Nemo dominus membrorum suorum est. *ibid.*

38 Supplicatio concedenda in iudicio secreto syndicati, si pena corporalis imponi possit.

Remissoria ad examinandos testes cessat, quoties pena corporis afflictiva subtrahere potest. *ibid.*

39 Repetitio testium non potest suppleri ex consensu partis, si ea pena imponenda veniret.

40 Pena aggravatur, si reus criminis Magistratus sit.

41 Differentia iudicii syndicati, à visitatione.

In syndicato nomina testium edi debent. *ibid.*

42 In visitatione neque nomina, neque dicta.

43 Iudex inquisitionis Regni Aragonum, nuncupatus de enquetas procedit juris ordine servato.

44 Deciso Senatus